



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Sanderi Sacrae Theologiae Professoris Tres
Orationes in scholis Publicis Louanij Habitæ, 14. Cal.
Ianuarij, An. Domini. 1565**

Sander, Nicholas

Antverpiae, 1566

Ad Lectorem Præfatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69121](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69121)

AD LECTOREM

PRÆFATIO.

Scripserā patrio sermone de Cē-
na Dñi libellū, quem dū typis tra-
derem, venit in manus meas iam tūc e-
dita Angli cuiusdā Calviniani calūnia,
sacro sanctā dominici corporis in Eu-
charistia veritatem nostrate lingua op-
pugnās. aduersus quā dū respōsum pa-
ro, ex instituto maiorū habebātur Lo-
uanij disputationes quaedā arbitrariæ,
quæ noui semper aliquid parere, plerū-
que autem res vtilissimas in mediū af-
ferre solent. In illis, vt certū agendi tem-
pus & locum vltimum, qui summæ au-
thoritatis est, mihi sumerē, vehementer
à me viri boni ac graues flagitabāt, qui-
bus etsi persæpe negassē ne priori argu-
mento deesse cogerer, tamē quotidianis
propè interpellationibus tādē eò sum ad-
du-

du-

cepto dedi. quia p̄ne cōmūcationis. & que nūq̄ in sū facte sūp̄

PRÆFATIO.

ductus, vt me facturū promiserim, quaestiones ex more tres delegi, ac pro temporis illius breuitate, vt licuit, perorauī. Placuerūt viris humanissimis et argumentorū genera, & explicādi ratio, ac via. Egerūt porro mecū, vt vel ipse in lucem prodire illa paterer, vel saltem ipsis describenda permitterem. In describendo, periculū erat ne multa parū castigatè ab imperitis notarijs exciperentur. Itaq; edere illa coactus sum. quantū sint vtilitatis & cōmodi allatura, ij viderint, qui posse ipsis hæc prodesse asseuerāt, ego nō debui cōmittere, vt quicquā alijs negarem, quod sine meo dāno concedi posset. Vale studiosse lector, & hæc si nō placent, deū roga, vt illa producā aliquādo, quæ placeāt. Sin hæc ipsa non displicent, Deo laudem tribue, cuius est totum quod est bonum.

A 5 DE